

(2) *Ubi vis genuina rerum indaganda est causa, unde A  
haec mutatio? num ex causis mere naturalibus aut politi-  
cis, an ex praternaturalibus? &c.*

## EXPLICATIO VERSUS VII.

(1) *Præsentia Domini Supremi ubi vis piis obversa-  
tur ante oculos: Gen. XVII, 1. Ps. CXXXIX, 1. seqq.*

(2) *Dereverentia metuque filiali vide I. præcept,*

## PSALMI CXV. DISPOSITIO.

*Idola vana: DEum time. Idolorum vanitas.*

**E**st h̄c I. opis divinæ imploratio: (1) *Domine, (2) da gloriam (3) non nobis,  
sed tuo nomini: (4) propter gratiam ac  
veritatem tuam: v. 1.*

II. Implorationis impulsiva: gentium sci-  
licet exagitatio: *ubinam ipsorum DEus?* v. 2.

III. Exagationis depulsio: (a) ex parte  
Dei nostri: quod sit [1] *in cœlis*, [2] *pro lubitu  
faciat universa*: v. 3 (b) ex parte deastrorum  
gentilium: (1) sunt metalla: (2) manuum hu-  
manarum effecta: v. 4 (3) inanimata ratione  
oris, oculorum: v. 5. aurium, narium: v. 6. manu-  
um, pedum, gutturis: v. 7. (c) ex parte culto-  
rum, qui unā cum *artificibus*, in pari censu  
habendi cum idolis: v. 8.

IV. Verorum Dei veri cultorum exhorta-

## USUS E VERSU VIII.

(1) *Infinitis modis DEus potare cibareque potest suos  
sicutulos; imo durum convertere potest in fluidum.*

(2) *DEus dat largè: stagnum aquarum, ubi suffi-  
cere forsè potuisset torrens.*

(3) *Fontium mira utilitas.*

(4) *Christus est Petra spiritualis vera: 1. Cor. X, 4.  
Johann. IV, 13.*

## PSALMUS CXV.

*Idola vana: DEum time. Idolorum vanitas.*

tio: ubi [1] *Israel*, cuius est sperare in Deo: ra-  
tio: est enim auxilium & clypeus: v. 9. [2] *Domini-  
nus Aharonis*: v. 10. [3] *Timentes DEum*: v. 11.

V. Spei professio, & simul exoptatio:  
*DEus (a) recordatur nostri, & benedicet (1)  
domui Israel: (2) domui Aharonis: v. 12. (3)*  
B *timentibus Deum, parvis atque magnis v. 13. (b)*  
*addat, addetque super vos ac filios vestros bene-  
ficia nova atque ampliora: v. 14. ut sitis bene-  
dicti Creatoris supremi, qui fecit cœlum propriæ  
gloriæ causâ, terram vero, in usum hominum:*  
v. 15. 16.

VI. Conclusio promissoria: ubi (1) mor-  
tui inque sepulchrum descendentes, *Deum non  
laudant: v. 17. (2) non benedicemus Deo, ex  
nunc usque in seculum: v. 18.*

## PSALMUS CXV.

## EXPLICATIO VERSUS I.

**N**on nobis: ) petitum vel propositio  
psalmi hujus est: Domine libera nos à gentium  
insultatione. Idque non nostri causâ, ac si tale,  
quid essemus meriti, sed ob tui solius sanctissimi  
nominis gloriam, ne illud per latus populi tui  
fodiceretur. Amovere itaque ante omnia Psaltes  
vult opinionem propriæ dignitatis, dum bis repe-  
tit; *gloriam dñi*, seu glorioſam exhibe liberatio-  
nem, que tamen glorioſa sit, nequaquam nobis,  
sed solum tibi potentissimo, benignissimo, vera-  
cissimo. Hinc *Campensis*: non quasi nos merea-  
mūr, sed ne nominis tui majestas lædatur, libera-  
nos. Imò vero nec patres nostri fuere digni; *Kim-  
chi* disertè addit. Per epizeuxin vero repetuntur,  
hæc verba majoris tuin ardoris, tum humilitatis  
ergo, nimirum ut hoc ipsum propriæ dignitatis  
aut meriti commentum precanti ante omnia exi-  
matur; quâ ratione *Prov. XXXI, 4.* dicitur: *non  
regum est, o Lemuel, non regum est bibere vinum:*  
*Psal. XCIV, 1. Deus ultionum, Jehova, Deus ultionum*  
apparet; *vers. 3. usque quo impii? Psal. CXXIV, 1.*  
nisi Dominus, *Psal. CXIV, 7. à facie Domini, à fa-  
cie Dei Jacob.* Vulg. psalmum hunc annexit,  
præcedenti, numeratq; adhuc CXIII. imò & *Kim-  
chi b. l.* codices esse scribit, qui h̄c psalmi initium  
non constituant. Non tamen, ut *Genebrardus* pro-  
dit, jungit eum superiori ipsemet, ut ut doceat,  
quomodo fortè necti posset, nec etiam in emen-  
datis codicibus ita contineri scribit, sed solum  
*librorum* indefinitely mentionem facit. Qua-  
propter hanc ipsam Vulgati conjunctionem,  
sou dispositionem diserte impugnat h. l. *Muis*,

ex argumenti diversitate, ex Codicum Ebræo-  
rum testimoniâ, ex Eusebii de codicibus græcis  
attestatô. Alias compositus censetur hic psalmus  
à nonnullis, juxta mare rubrum *Exod.*  
*XIV, 10. alii tribuunt sociis Danielis, fornaci  
igneæ inclusis: alii Mardochæ & Estheræ  
(apud *Kimchi*.) Sed quidni tribueremus Da-  
vidi, periculis haut raro ingentibus cincto? in-  
ter idololatras summô cum tediô exuli? cum  
exercitibus idololatriæ confligenti? Litera (7)  
tam dativum notare potest, quam propter, q. d.  
glorioſam quid præsta, non tam propter nos,  
quam propter te.*

רְאֵד: ) pro כִּי אָנֹךְ, ut *Psal. XIV, 5. XXII, 10.*  
*XXXVII, 20. XLIV, 4. 8. 23. Cohel. II, 10. VI, 2. IX,*  
ii. &c.

לְשַׁמְךָ נָמֵנִי תְּבוּ: ) i. e. famæ tuæ, tibive,  
ipſi. Quomodo DEus ait *Jes. XLVIII, 11.* propter  
me, propter me faciam, ut ne blasphemer, & glo-  
riam meam alteri non dabo. *Dan. IX, 19.* ne more-  
ris propter temetipsum, Deus meus.

רְאֵן כָּבֵר דָּא גָּלוּרָא: ) i. e. splendorem atque  
æstimium concilia, idque opere liberationis in-  
signi ac conspicuo, quod cunctis hominibus in-  
notescat, eosque ad tui celebrationem exuscitet;  
quâ ratione *Psal. CXI, 3.* dicitur; opus Dei esse,  
decus & gloriam; & *Psal. CXIII, 4.* gloria ejus  
celsior cœlis, &c. *Psal. XCVII, 6.* viderunt  
omnes populi gloriam ejus. Contra fastum spi-  
ritualem textum hunc urget Drexel. *tom. 1. oper.  
fol. 447.* ut ut directe eo non respexerit Psalmo-  
graphus.

חֲסִירָה וְעַמְּדָה וְעַמְּדָה וְעַמְּדָה: ) propo-  
nitur